



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt LVI. S. Evermari Collegivm Rvthense in d. Leodiensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

Leodicensi monasteria construxit, ad titulum Sancti Pauli Apostoli, & ad titulum Sancti Martini Episcopi. Ita Sigebertus in Chronico.

Instituit autem Heraclius Canonicos vingt, quibus decem alios Notgerus Episcopus adiecit; ut ex historia vitae eius constat; in qua sic legitur: Ecclesiam Sancti Pauli à fenestris supra consummavit, & bonis adiectis, ubi vingt tantum erant Canonici, triginta perfecit.

AEGIDIUS Bucherius in Chronico suo tradid templum istud Sancti Pauli ab Eraclio siue Eueracro anno Christi 967. inchoatum fuisse.

## CAPUT LVI.

S EVERMARI COLLEGIVM RV-  
thense in d. Leodiensi.

S Euermarus Martyr fuit nobilis Friso, qui succrescentibus cum ætate meritorum virtutibꝫ, ad sancta loca peregrinabatur. Cumque Traiectum iret ad Sanctum Seruatum, diuertit in territorio Tungrorum apud Hacconem quendam in silua Harclapia, cum septem suis Comitibus: Qui, vt erat tyrannus, beatum virum cum dictis comitibus interfecit. Honoratur verò inter Dei Martyres à Rathensi Ecclesia, & à vicina Tungrensi, ad quam singulis annis Sacrum corpus defertur. Ossa eleuauit circa annum 968. Heraclius E-

G 5 pisco-

piscopus Leodiensis: quam eleuationem tot  
subsecuta sunt miracula, quod descripta in-  
gens volumen efficerent.

Porrò Canonici Ruthenses per merita  
Martyris benè dotati non resident, sed sibi in  
diuino officio substituunt matricularios, aut  
indoctos ruricolas. Quem abusum fortassis  
melioribus temporibus emendabunt, aut rei  
indignitate commoti, aut superioris auctori-  
tate pressi.

## CAPUT LVII.

**RVRREMVNDENSE COLLEGIVM**  
*cathedrale, in Geldria, ad Mosam fluum.*

**S**VIRONEM Episcopum produxit Sco-  
tia, fertilis sanctorum virorum insula;  
vbi in Episcopum electus, compulsus  
est assentiri, & iuxta insulæ consuetudinem  
Romam missus est, summi Pontificis manibus  
consecrandus. Comes autem illi itineris &  
voti accessit Plechelmus sacerdos. Quibus per  
Angliam iter facientibus, adiunctus est diui-  
nitus Otgerus Leuita. Qui Romam peruenien-  
tes, Apostolorum limina lacrymis rigant; al-  
taria precibus & votis cumulant; loca sancta  
crebrò inuisunt. Cognita autem Pontifex ad-  
uentus causa, VVironem diu relautantem  
Episcopum ordinat; eundemque honorem  
Plechelmo impertit. Quos muneribus auctos  
mox in patriam remittit. Inde autem data o-  
portu-